

ra memorasti , quid enim miserum for-
midare potest , qui crastini curis reseca-
tis, hunc diem ut extremum ordinat, vt
extremum aspicit ? omnium rerum sua-
rum in expedito rationem habens , nec
de præteritis nec de futuris anxius: Sum-
ma, hunc & sacra cum delectatione viue-
re necesse est, impletis vitæ officiis, & sar-
cinulis ritè compositis , adhuc inter ho-
mines cunctantem , & nihil iam præter
Dei reuocantis Imperium expectantem.
O iterum & iterum fælix, nec scio an fœ-
licior, si dicere posses, quod est apud Se-
necam : Iam paratus nihil cogito : de die
toto cogitare, arbitror alioquin stultè se-
artasse ad vesperam.

ERUDITVS QVIDAM.

Quam hoc rectè præmissis addide-
rim, viderint doctiores, mihi præ-
termittere quidem non libuit. Brixien-
sis vir , & morum & sanguinis nobilitate
conspicuus, dicitur, ego enim hominem
non noui , sed quod sæpè mihi relatum
est teneo. Inter multa nimirum quæ sa-
pienter & cum amicis, & cum vicinis agit,
hunc cum filiis morem seruat, vsque ad
quartum decimum ætatis annum ferulis
& verberibus lascivientes domat, tene-
rum